



# **Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten**

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1843**

LXXXI. Papst Alexander IV. bestätigt dem Erzbisthume Magdeburg die  
Erwerbung der Grafschaft Seehausen und dreier Schlösser, am 22.  
Dezember 1257.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

possessionibus attinentibus, vendidimus et commutavimus, receptis pro his aliis castris et possessionibus ab Archiepiscopo et Ecclesia Magdeburgensi, Quod quia sine minori lesione et dispendio Ecclesie nostre a gravissimis oneribus debitorum non poteramus absolvi, quia etiam Ecclesiam Magdeburgensem et ipsius Archiepiscopum in tribulatione et angustia nostre Ecclesie frequenter invenimus consolationis gratia nos amplecti, et utilius nobis visum est, quod (quo?) carere debuimus pro solutione debitorum, (id) ad Ecclesiam Magdeburgensem transferri, quam ad Laicos, qui nobis (et) oppido sunt infesti. Supplicamus ergo ad pedes Sanctitatis vestre humiliter provoluti, quatenus hanc nostram venditionem et traditionem Ecclesie Magdeburgensi, de consensu venerabilis patris ac Domini nostri factam, dignemini de benignitate Sedis Apostolice confirmare.

Nach Olearii Magdeburgischem Copialbuche Manuscript. II, 155 und Boysses Allg. hist. Magazin III, 12. Das Original-Concept dieses Schreibens ist nicht mehr aufzufinden gewesen.

**LXXX.** Herzog Albert von Braunschweig gelobt dem Bischöfe von Hildesheim bis zum nächsten Pfingstfeste völlige Sicherheit, im Beisein des Bischofs von Halberstadt und des Markgrafen Johann von Brandenburg, am 17. Dezember 1257 oder 1. Januar 1258.

Dei gratia Albertus, dux de Brunsvic, ad quos hec litera pervenerit salutem et sincere voluntatis affectum. Presentibus recognoscimus et publice protestamur, quod presentibus venerabili Patre, Domino W. Halberstadensis ecclesie Episcopo, et nobili Principe, Johanne, Marchione de Brandenburg, avunculo nostro, et multis aliis viris nobilibus et honestis, de parte venerabilis Hildesemensis et nostra, fideliter et firmiter est dictum, quod nostri et nos dicto Domino Episcopo et suis auxiliatoribus, donec in octavam Pentecostes nunc venturam, securitatem personarum et rerum servabimus bona fide. Quod si aliquo casu, ignorantibus nobis, eidem Episcopo et suis medio tempore aliqua per nostros irrogaretur injuria vel lesura, dicto Domino Episcopo nos satisfacimus in amicitia vel in iure. Huic vero securitate Dominus Borchardus de Wulfesbutle, Dominus Johannes de Ecstede et Dominus Egbertus de Luttere sunt inclusi. Actum Brunsvic in claustris S. Egidii anno Domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LVIII<sup>o</sup>. XVI. kal. Januarii.

Nach Gundlings Abschrift und Abdrücken in Sarenbergs Histor. Gandersh. p. 1504 und Eickstedt's Urkunden-Sammlung S. 47. 48, an den letztern Orten mit dem Datum kal. Jan.

**LXXXI.** Papst Alexander IV. bestätigt dem Erzbisthume Magdeburg die Erwerbung der Grafschaft Seehausen und dreier Schlösser, am 22. Dezember 1257.

Alexander episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Archiepiscopo et dilectis filiis Capitulo Magdeburgensi salutem et apostolicam benedictionem. Hiis, que ab



ecclesiarum personis pro ipsarum utilitatibus provide disponuntur, libenter adicimus apostolici muniminis firmitatem, ut intemerata consistant, que nostro fuerint presidio communita. Sane petitio vestra nobis exhibita continebat, quod licet felicitis recordationis Innocentius Papa predecessor noster et nos, post latam depositionis sententiam in Ludolphum, qui tunc pro Episcopo Halberstadenſis ecclesie se gerebat, omnes alienationes, infeudationes, locationes et contractus quoslibet, per eundem Ludolphum de castris, villis, possessionibus et aliis bonis ad ipsam ecclesiam spectantibus, in eiusdem ecclesie preiudicium initos siue habitos, decernentes irritos et inanes, ea omnia ad ius et proprietatem ipsius ecclesie duximus reuocanda; nihilominus tamen idem Ludolphus Comitatum, qui Sehufen dicitur, et tria castra, ad dictam ecclesiam spectantia, nobilibus viris Johanni et Ottoni, Marchionibus Brandenburgensibus, receptis ab ipsis tribus millibus Marcarum et quadringentis marcis argenti, Capituli Halberstadenſis ad id non accedente consensu, de facto, cum de iure nequiuisset, in feudum dare presumpsit, Marcas ipsas in usus proprios conuertendo. Verum venerabilis frater Halberstadenſis Episcopus et idem Capitulum attendentes, quod ipsi Comitatum et castra eadem de ipsorum Nobilium manibus propter eorum potentiam eripere non ualebant, quanquam iidem nobiles super restitutione Comitatus et castrorum ipsorum auctoritate apostolica moniti fuerint diligenter, Comitatum et castra predicta in uestram ecclesiam transtulerunt, prestitis iuramentis et cautionibus hinc inde exhibitis necessariis, receptisque a uobis et uestra ecclesia, nomine ipsius Halberstadenſis ecclesie, duobus aliis castris et quodam annuo reditu nec non et quatuor millibus Marcarum et quingentis Marcis argenti, quas dieti Episcopus et Capitulum in solutionem debitorum prefate Halberstadenſis ecclesie, que absorbebatur usurarum voragine, conuerterunt. Nos igitur uestris supplicationibus inclinati, quod super hoc provide factum est, ratum habentes et gratum, id auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communitus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum se nouerit incursum. Datum Viterbii, XI. Kal. Januarii, Pontificatus nostri Anno quarto.

Nach Gercken's (Cod VI, 401) Abdrucke. des Originals (in dessen Ueberschrift die Urkunde in das Jahr 1258 gesetzt ist) imgl. Soyſen hist. Magazin III, 15.

**LXXXII.** Papst Alexander IV. überträgt den Dechanten zu Merseburg und Erfurt und Andern, die Markgrafen Johann und Otto von Brandenburg durch kirchliche Strafen anzuhalten, die ihnen unrechtmäßig veräußerte Grafschaft Seehausen mit dem Zubehör von Schlössern wieder herauszugeben, am 15. Januar 1258.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis Merseburgensibus et Erfordensibus Ecclesie Decanis, Maguntinensibus Dioecesis, et Preposito Ecclesie Razeburgensibus